

siones inueniunt non mali fiunt sed manifestentur. Non ut sentias quod
 natū sit manifestum. sed ut intellegas quid latebat inclusum. Paucis his
 annis. & prope hesternis die uiderunt haec homines. & probauerunt & iam
 quae tarde intellegunt. Erat enim hic una domus potentissima. ad tempus de
 qua flagellum fecerat deus generi humano. & castigatū ē inde genus humanū.
 sic cognoscat flagellum patris. & timeat sententiam iudicis. Cum ergo esset
 hic eadē domus magna multi sub illa gemebant. murmurabant. reprehēn
 debant. detestabantur. blasphemabant. Quomodo se astant homines &
 dantur diuino illo iudicio. Multi in concupiscentiā cordis sui subito euer
 tebant ipsius domus illi qui murmurabant de ipsa domo. & ab eis talia
 homines patiebantur. qualia se pati ipsi a talibus paulo ante quaerebantur.
 Bonus ergo ille est qui & quando potest male facere non facit. de quo scrip
 tum ē qui potuit transgredi. & non ē transgressus. & facere mala & non fecit.
 Quis est hic & laudabimus eum. fecit enim mirabilia in uita sua. Loqueba
 tur scriptura de potentibus innocentibus. Et lupus enim tantum uult noce
 re quantum leo. Dissimiliter nocent. sed non dissimiliter cupiunt. Leo enim
 non solum contemnit canē latrantem. sed & iam fugat & uenit ad uile. &
 obmutescens canib. rapit quod potest. Lupus nō audet inter latratus canū.
 Numquid propter ea quia nō potuit auferre canib. territus. innocentiōr
 remeuit. Docet ergo deus innocentiam. ut quisq. innocens sit non timore
 pāne. sed amore iustitiae. Tunc enim liber est innocens & uerus ē inno
 cens. Quia uero timore innocens sit. non est innocens. quamuis non nocet
 cui uult. Non enim nocet alteri perfectū malum. sed sibi plurimum per
 cupiditatem malam. nam quomodo sibi nocet. Audi scriptura. Quia uero
 amat iniquitatem odit animā suā. Et reuera multum errant homines
 qui putant iniustitiam suam aliis nocere. & sibi non nocere. ad alios pro
 cedit iniquitas cuiuslibet ut corpori noceat. ut rem familiarem laedit.
 ut uillam inuadat. ut mancipium abducat. ut aurum auferat. ut argen
 tum. uel si quid aliud possidet. ad hoc profertur ad alterū illa iniquitas.